Recepit universitas [illegible] decus [illegible] beneficiatus beneficii instituti per Bernardum [illegible] quondam
presbiterum in altari sancti Petri constructo in ecclesia sancte Marie de Manlleu Vicen. dioc.
fuerat constitutus, a vobis Petro Menaldi et [illegible] procuratoribus sancti Andree de Thona dicte dioc.
pro vobis et nomine universitatis termini Castri de Tona, solvistis michi mea voluntate unin
videlicet otto libras monete Barchinone de terno, quas michi solvi debuissetis sexta decima die presentis
mensis Januarii pro pensione illius censualis mortui consimilis [illegible] quantitatis quod dicta universi-
tas et eius singulares michi et dicto meo beneficio faciunt et prestant anno quolibet in dicto tempore,
cuius pensio olim erat decem librarum, sed postea per me ad dictas otto libras fuit reducta.
Et pro [illegible] renuntio exceptioni non numerate pecunie non habite et non recepte et doli. In cuius rei testimonium
facio vobis presentem apocham de solutione. Quod est actum Vici die vicesima secunda mensis Januarii,
anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto. Signum Petri Torren predicti
qui hec laudo et firmo. Testes huius rei sunt discretus Franciscus Padro presbiter et Anthonius
Torrenti sancte Marie de Armeneu et Petrus Garau sancti Stephani de Granullariis procuratores
dioc. Vicen.

Signum mei Petri de Artigis notarii publici Vicen. auctoritate domini Vicen. episcopi, qui hec
scribi feci et clausi.